



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Friburgum Helueticoru[m] mittitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

gratulatus his verbis sit. Gaudeo, & gratulor quod Reuerentia Vestra Comitissæ Curia expedita ad nos tres mature redierit, viceritque omnes eorum, qui illam retinere conabantur, preces. Quo animo si essent omnes nostri, qui aulas frequentant, non tantum nobis molestiae aliquando affarent, & certè cum ipsis etiam Principibus nullum nobis, aut exiguum esset negotium. Quare quod Reuerentia vestra valde nos hortatur, ut quam maximè Aulas à societate propulsemus, e- quidem puto hoc me affirmare posse, nemini me concedere, ut id ardenter ex animo exoptet.

*Laudatur ab
Euerardo Pre-
posito Generali.*

Annum in sequentem seculi octogesimum partim adiutor Prouinciali, partim etiam Vicarius egit, cum Hoffæus adulto iam vere in Heluetiam abiisset. Deinde cum Gregorius Pontifex Brixiensi Episcopo Delphino, quem ad Conuentum Norimbergæ instantem mittebat, Theologum de Societate iussisset adiungi, ipse Canisius ex Episcopi delectu destinatus est. Sed conuētu illo dilato primum, mox alio translato, pro Norimberga Friburgum in Heluetiam extremū sub annum petiit, ubi demum finem peregrinādi fecit. Hæc pars ultima, & quasi supremus actus

1580.

*Friburgum
Helvetorum
mittitur,*

q

Vitæ

Vitæ Canisij fuit. Annos cōtinuos septemdecim
 (totidem n. ex hoc anno super fuit) h̄esit Friburgi
 procul à strepitu curarū publicarū in sanctæ obe-
 dientiæ placido sinu, meditationeque, & imita-
 tione vitæ cælestis ex Martha, vt cupiebat, Mag-
 dalena factus. Quanquam nec ipse depositit vñ-
 quam Christianæ rei tuendæ curam: & ex illo bo-
 realium terrarū vertice cum lucubrations iden-
 tidem emissæ, tum egressa sanctitatis fama longè
 lateq; venerandam reddebat viri senectam, &
 publice salutarem. Adeūdi Friburgi causa ea fuit,
 Ioannes Franciscus Bonhomius Vercellensis An-
 tistes singulari pietatē vir, studioq; religionis fla-
 grans in paucis (sancti Caroli Borromæi familia-
 rem agnoscere) dum Nuntius Pontificius mūta
 obit Germaniæ loca, & Heluetios præcipua visit
 cura, religionem Friburgi animaduertit in vlti-
 mum venisse discrimen, circumfessam vndique
 & oppugnatam ab Hæreticis maxime Caluinia-
 nis. Dumque circumspicit remedia præsentibus,
 præsidia imminentibus malis, opportunius nul-
 lum, quam Collegium de Societate ratus, id pri-
 mo quoq; tempore inducendum tam enixe sus-
 cepit, vt Pontifex studio eius tanto permotus, sus-
 cipi

*Francisci Bon-
homij virtus.*